



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quæ Ioanni tribuit Christus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

loco. Theophyl. Rupertus, & recentiores plerique. Discipuli enim Ioannis partim amore magistri sui, partim ob Christi vitæ vulgaris contemptum, præcipue vero Phariseorum calumniis inducti dubitare cœperunt. Pharisei enim etsi Ioanni infensi erant, maiore tamen odio erant Christo infesti, tum quod eius miracula inuidiam concitarent, tum quod Ioannem iam in vinculis constitutum non multum obfisturum suis vitis cupiditatibusq; nefarie sperarent.

§. 4. Noster, qui venturus est, Græcè ὁ ἐρχόμενος, veniens. Sed illud omnibus temporibus accommodatum est. Sic & Syricum ܡܬܬܐܬܝܬܐ Bathe, venit. Non de quolibet venturo, aut veniente loquitur, sed de eo, quem Propheta prædixerunt.

§. 5. Venturus autem ille Deus est Isa. 35. 6. & 61. 1. quæ cum de se Christus interpretetur, consequitur Deum esse. Epitheton erat, seu cognomen Mefsz, qui venturus est, Isa. 35. Hag. 2. Quin & Apoc. 4. 11. venturus dicitur, ad iudicium scilicet. Gen. 48. dicitur qui mittendus est, de quo suo loco.

VERSUS 4. 5.

Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.

QVÆSTIO I.

Quid renunciarı Ioanni iubet?

§. 1. QVæ audiunt & vident, αὐτοὶ τὴν ἰσχυρίαν. Syrus etiam præfenti vitur, quæ estis audientes, & videntes.

Opera enim quæ Isaias 35. 5. & 61. 1. Messia tribuit, iam videtis à me fieri. Ea audite, & videte, ut dubitatio tollatur. In ipsa autem hora, Luc. 7. 21. Multos curavit à langoribus & spiritibus malis, & multis cæcis donavit visum.

Illud verò, vident in Græco est ἀναβλέποντες, quod multo vertunt, iterum vident. Verum idem est quod βλεπόντες sursum aspicere, non autem visum recipere, ut Pifator ipse docet. ideoque immerito nostrum interpretem reprehendunt, qui sic conuertit.

QVÆSTIO II.

Quomodo pauperibus evangelizatur?

PAuperes evangelizantur, Euthym. & Theophyl. aetate interpretantur, quia pauperes evangelizabant. Obiciunt alii, non esse miraculum, quod pauperes sint nunciū rerum magnarum, sed pauperibus deserti regnū, hoc esse magnum. Verum à Deo electos pauperulos, qui de regno dando nuncium, deferrent, imo quibus potestas esset inaugurandi in regnum id quoq; nouum & præter Regum consuetudinem, qui maximis regni in negotiis illustres legatos mittunt. Non est dubium quin ad Isa. 61. alludat, & simul moncat non esse Evangelii docendi rationem, quæ erat Phariseorum, illi enim ut auari, pauperes negligebant, circa diuites, & diuitiis occupati. Deinde diuitum non multi vocati, erant enim aucti ab Evangelio. Superbi ferè sunt, habent hic consolationem, ut Dei non requirant.

Pauperes apud Isa. 61. 1. Spiritus Domini super me, eo quod vixerit Dominus me; ad annuncianum mansueti mi-

si me; ut mederer contriti corde, & prædicarem captiui indulgentiam, & clausi apertionem, vbi ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ, 70. venterunt pauperes, & annunciare; evangelizare. Hunc locum ex professo proposuit Dominus Luc. 4. 18.

Beza, pauperibus evangelizatur, quia altera dura constructio: atqui ita loquuntur 72. & Evangelista. Beza in no. ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ, cum dicere possent, ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ, pauperibus evangelizatur. Syrus prete Spiritu ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ, meshechina mesthaberim, & pauperes evangelizantur. reprehensive.

VERSUS 6.

Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

QVÆSTIO I.

Cur de Scandalo monet?

§. 1. SCandalizati Pharisei, qui in lapidem impigerunt, & monet discipulos Ioannis, ne ipsi scandalizentur communi more viuendi. Deniq; dictus est lapis offensionis & Petra scandali. 1. Petr. 2. 8. non suo merito vel consilio, sed hominum vitio, nam alius aliam caulam, cur non accedat, inuenit. alios persona vt videbatur humilitas, mortis acerbitas, doctrinæ puritas, nimium suis moribus distans, & non indulgens vitiis: discipulos Ioannis offendeat, quod non ita feueret, vt eorum Magister, viueret.

VERSUS 7. 8.

Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestitur, in domibus regum sunt.

QVÆSTIO I.

Quæ Ioanni tribuit Christus?

§. 1. CVM dixisset, beatum fore, qui in se nō scandalizaretur, ne quis suspicari posset, Ioannem testimonium datum reuocasse, Christi vel humilitate, & vulgari vitæ ratione scandalizatum, idcirco Ioannis constantiam exponit, & testimonium cōmprobat. Non enim est instar arundinis, sed solidæ arboris quæ vento non mouetur. Iudæi leuia erant, & Ioannem sui incerta pectora, cum miracula videbant, feruide collaudabant, Regem facere statuebant, cum Phariseorum calumnias audiebant, hominem potatorem & amicum Publicanorum iudicabant. An ergo inquit nuper vos in desertum existis videre arundinem, an virum fortem & constantem. Syrus v. 8. ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ, in la manua, sin minus quid. Existis inquit de deserto spectare; maius enim omnibus mundi admirandis spectaculum erat Ioannes in deserto. Non ܡܬܬܐܬܝܬܐ fluctuans; alioqui & suum iudicium reprehenderent, qui adeo temere credidissent Ioanni. Fluctuare segetes & viderat etiam Latini dicunt. Helioporus 1. 3. Histo. Aethiop. ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ ܡܬܬܐܬܝܬܐ, anima vring, ex passione humida fluctuante.

§. 2. De vestium asperitate supra dixi: Nunc hac indicat Ioannem cum testimonium daret, nihil adularum,

adulatum, Qui enim splendide vestiti, auribus dominorum blandiuntur, in palatio, non in deserto sunt, at qui sic vestiuntur, qui vescuntur cruidis oleribus, non norunt adulari. Non est enim tam fœda seruitutis vllum precium. Quin & mollicudo vestium signum est effœminatorum, & delictiosiorum, qui natura sunt inconstantes. Quia sunt fastidiosi, & appetitionibus obsequentes. Tertullian. teneras vestes conuertit:

VERSUS 9.

*Sed quid existis videre? Prophetam?
Etiam dico vobis & plus quam
Prophetam.*

QVÆSTIO I.

An Ioannes Prophetam?

*Ioannes
plusquam
Propheta.*

§. 1. Interrogationis repetitione studium exeundi, audiendiq; Ioannem compendebat. An inquam Prophetam putatis? & maior est Prophetam. *ἄλλος ἢ προφήτης*, amplius est quam Prophetam. Syrus *אֵלֶּיךָ מִן הַנְּבִיאִים* Vaiathir men nebiam, pro stator pra Prophetam. Non igitur vestra vos expectatio teffellit, talem vidistis, qualem vestrorum maiorum nemo. Populus autem Ioannem, ut Prophetam habebat. c. 21. 26. Christus *ἄλλος ἢ προφήτης* plusquam Prophetam asserit, quod verbum quod verbum in vitio, & laude ponitur, hic pro dignitate Ioannis accipitur.

§. 2. Quomodo Ioannes Prophetam se negat? Respondeo; Christus maiorem Prophetam eum asserit. Prophetam non erat, quales veteres illi qui de venturo varicinabantur, sed qui Christum venientem ostendebat, præcurfor, & ex aula Domini, simul nutritus, perpetuo assilens. Negat igitur se Prophetam eo modo quo alii, qui venturum canebant, ipse præsentem monstrabat.

*Non Pro-
pheta more
aliorum.*

VERSUS 10.

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

QVÆSTIO I.

An Ioannes Angelus?

*Ioannes ex
sanctitate
& officio
Angelus.*

§. 1. Angelum accipiunt nonnulli generatim, ut nuncium, legatumq; significet; eo modo Angelus hoc loco non vocatur; Nam Prophetam quoque internuntii & interpretes diuinæ voluntatis *ἄγγελοι* dicuntur. Christus verò Ioannem ideo præfert Prophetis, qui Angelum cum Prophetam appellarunt. Malachie 3. 1. & 2. 7. Angelus ergo singulari prærogatiua sanctitatis, officique.

Voluit verò insignem Ioannis puritatem, promptitudinem, obedientiam indicare, cum Angelum vocauit; ut Theophyl. Euthym. alii annotant. Imo Chrysostomus summæ hoc illi laudi dat. Puto quod gloriosior est, inquit, Ioannes, quod homo fuit, & propter virtutis meritum Ioannes & vocatus, quam si nomine & naturâ Angelus fuisset.

Tertullian. aduersus Iudæos c. 9. Dei filium dixisse. Ecce, inquit, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, id est, populi, qui te custodiat in iuue, & introducat in terram quam preparavi tibi: Intende illi, & audi eum, & ne inobediens fue-

ris ei: non enim celauit te, quoniam nomen meum super illum est. Populum enim introducitur erat Iesus in terram re-promissionis, non Moyses. Angelum quidem dixit eum ob magnitudinem virtutum, quas erat educturus (quas virtutes feli Iesus Naue, & ipsi legimus) & officium Prophetam, nunciatum scilicet diuinam voluntatem, sicuti & præcurforem Christum annem futurum Angelum appellat, Prophetam Spiritum dicens, ex persona Patris: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, id est, Christi, qui preparabit viam tuam antea. Nec nouum est Spiritui sancto, Angelos appellare eos, quos ministros sua virtute Deus præficit.

Iudæi tamen plurimi Angelum verum corpore vestitum arbitrati sunt, ut refert Hieron. & Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos. Rab. David Angelum autem missum, qui iudicium exerceat. Verum fabulam illam, omnes sapientiores etiam Iudæi irridunt.

QVÆSTIO II.

Cuius ante faciem preparabit viam?

§. 1. DE Prophetam lectione disputatur. Nam in Hebræo, illud: *אֲנִי מֵיָדְיָאֵיךְ*, ante faciem tuam, non est, sed hunc in modum legitur *אֲנִי מֵיָדְיָאֵיךְ מִלִּפְנֵי מַלְאָכָי*, yphma derech lephauai, Angelum meum, & preparabit viam ante facies meas.

Loquitur autem Pater filio, fore ut præparet, *וְיָפְחִינָא*, complanabit, quidam *וְיִפְחִינָא*.

Ante te Hebræus *לִפְנֵי* lephanai ante me. Itaq; hanc dictum à Christo *אֲנִי מֵיָדְיָאֵיךְ* ante faciem tuam, quod nec in H. br. nec Chal. nec in Septuag. est. Deinde pro *וְיָפְחִינָא* lephanai, ante facies meas, Christus dixit *ἵνα ἔγωγε*. Quod in 70. est *ἵνα ἔγωγε* *μὲν*. Est & alia lectio 70. *ἀποστείλω*, mittam. pro *ἀποστείλω* mitto, sed eam vitiosam non dubito, quamvis præferat exemplar Francfortense.

§. 2. Principio mittere ante facies, aut ire antefacies, est Hebræis antecedere Habac. 3. Psal. 147. Thren. 1. 18. 45. Deinde constat etiam verba illa addita illi, *qui preparabit viam tuam*, nam si ante eum viam præparaturus non erat, velut antecambulo & metator, etiam antecedere oportuit. Est autem hic similitudo à principibus cum splendore venientibus sumpta.

§. 3. Hoc præcipue queritur. Cur dicat Prophetam, ante facies meas, vel coram me; Christus verò: ante te?

Resp. Facilis videtur. In Euangelio loquitur Pater, in Prophetam filius, uterque verò Ioannem misit. Iansenius tamen in Prophetam Patre loqui putat: quia mox additur, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis. Verum parui momenti est, filius enim loquitur de se in tertia personâ, ut moris est. Fixum igitur ratumque maneat: Filium loqui cum dicit præparabit, ante facies meas. Ioannes enim non ante Patrem, sed ante filium præcedit. Quamuis ante facies Dei præcedit, & Zacharias Pater eius prophetat. Tu autem puer, &c. *præibis ante faciem Domini* parat viam eius.

Inuictum igitur argumentum de Christi diuinitate contra Arianos colligitur. cum Christus Ioannem mittat. cum & Pater mittat, vna eademq; virtusque actio, & auctoritas, adeo ut quod Prophetam vni, Euangelista alteri tribuat.

VERSUS 11.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.

QVÆSTIO